

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Capitulum

xj

lagaciorum: tamen quilibet elegit sibi similem. Sed quod semper maior est numerus illfatorum quam lfatorum. Et ideo plerumque semper preferatur ignorans quam sensatus et docius. Et hoc in maximum detrimentum fidei et sancte matris ecclesie. quia ignorantia est mater omni errorum. xxxviii. di. c. Ignorantia. In sacerdotibus igitur qui habent alios regere omnino vitanda est ignorantia. Qui docendi officium in populo susceperunt. Quia valde sunt periculosi. Unde in euangelio dicit. Si cecus cecum ducit: ambo in foueam cadunt. Math. xv. Qui enim legem nesciunt sacerdotes dei non sunt. Socete beato Hieronymo super illo Aggei Interrogate: Sacerdotes legem dei ipse se arguit non esse sacerdotem domini. Et sic sacerdotes maxime tenent habere scientiam sacre scripture. Inherentes igitur sacre scripture tales non obscurant mundanas iniquitates. xxxviii. distinc. Unde Aristoteles in quadam epistola ad Alexandrum sic inquit Sicut consuetudinum corporis est sanitas: sic consuetudinum anime est eruditio: id est studium philosophie. Vera autem philosophia est sacra scriptura. Ideoque sacerdotes in esopio ne scilicet viui sepelirentur: et anime morte morerentur: ceperunt philosophare. Nostri autem temporibus incipiunt hofitare: et in alea ludere: et alia complura vicia exercere. Ideo si contingit vnum literatum elegi ab illis et carnalibus sit ideo. Quia talis non secundum suam scientiam viuit. Sed secundum carnem et humanam conuersationem: Aut sit per ordinationem ac potentiam diuinam cui nemo resistere potest et cetera. Sciendum tamen quod emittens scientiam semper sit in periculo querenda: competens tamen est tolleranda. de Elec. Cum olim nobis. Sed nunc imperfectionem scientie supplerere debet perfectio caritatis. Sed querit hic que sit eminentis scientie et que competens. Respondet quod ille dicitur eminentis scientie qui scit respondere ad omnem questionem. sine quere. Sed ille dicitur competens scientie. qui scit respondere ad omnem questionem cum quere. Et quibus sequitur quod ille dicitur nullius reputationis vel scientie qui ad omnes questiones nescit respondere nec tamen quere nec sine quere. Et per